

dicam aliquid me inventurum, ut huic malo aliquam produ- 615  
ctem moram.

10 *PA.* oh[e]! *DA.* visu' sum. *PA.* eho dum, bone vir,  
quid ais? vidēn me consiliis tuis  
miserum inpeditum esse? *DA.* at iam expediam. *PA.*  
expedies? *DA.* certe, Pamphile.

*PA.* nempe ut modo. *DA.* immo meliu' spero. *PA.* oh  
tibi ego ut credam, furcifer?

tu rem inpeditam et perditam restituas? em quo fretu' sim,  
qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias. 620

15 an non dixi esse hoc futurum? *DA.* dixti. *PA.* quid  
meritu's? *DA.* crucem.

sed sine paullulum ad me redeam: iam aliquid dispiciam.

*PA.* ei mihi,

quom non habeo spatium ut de te sumam supplicium ut  
volo!

namque hoc tempu' praecavere mihi me, haud tē ũlcisci  
sinit.

## ACTVS IV

i CHARINVS PAMPHILVS DAVOS

*CH.* Hoccinēst credibile aut memorabile,  
tanta vecordia innata quoiquam ut siet  
ut malis gaudeant atque ex incommodis  
alterius sua ut comparent commoda? ah

625